

**www.e-rara.ch**

**Introductioes Apotelesmaticæ elegantes, in Chyromantiam,  
Physiognomiam, Astrologiam naturalem, Complexiones hominum,  
Naturas planetarum**

**Indagine, Johannes ab**

**[Strassburg], sub annum Domini M. D. XXII**

**Universitätsbibliothek Basel**

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-84446>

Introductio in chyromantiam

---

**www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Caput primū de Manus distinctione.



R A E C I CHYROMANTIAM VO  
 cāt diuinationē, quæ ex Manus inspectione col  
 ligitur. Et iā diu, atq; adeo apud ueteres q; in  
 usu fuisse, antiquissimus ipsius uocabuli usus ar  
 guit. Scripturus autem eius rei obseruationes,  
 necessarium puto ipsam primū hominis manū  
 describere, eiusq; partes designare. quo deinde  
 facilius cognoscantur ea quæ de uaticinio (ut ita dicam) manuario præcipi  
 emus. Et manus quidem passæ (sic enim appellabimus extensam, ac com  
 planatam) interior illa planicies, palma est. In cuius medio relictum con  
 cauum, uola dicitur. Inde manant digiti quinque: quorum primus gros  
 sior ac robustior, quod cæteris præpolleat, pollex. unde pollicare,  
 quod ad pollicem pertinet. Proximus Index uocatur: quod indican  
 do aliquid extenso eo utamur. Qui deinde sequitur, ab eo quod inter  
 quinque medius est, medietatis uocabulo censetur. Vocaturq; alio no  
 mine Medicus: quoniam eo utuntur medici locis infamibus. Et uerpus,  
 a uerrendo. qua deinde uoce ludæos infamandi studio, & qui sic crebro  
 utantur, eo digito notamus, Verpos dicendo. Ut luuenalis. Eadem nisi  
 sacra colenti, Quæsitū ad frontem solos deducere uerpos. Etiam con  
 temnentes aliquē, mediū plerumq; digitum exerimus. Vnde & prouer  
 bio locus factus, cum aliquē despicientes, medium illi digitum ostendere  
 dicimur. Post hunc a minimo proximus Annularis est. sic dictus, quod  
 aureo annulo circumdari soleat, præsertim is qui in sinistra manu est. Cui  
 us rei eruditi homines rationē scripserunt, quod in sectis humanis cor  
 poribus inuentum sit, neruum quendam tenuissimū, ab eo digito ad cor  
 hominis protendi, Vnde uisum antiquis, eum digitū annulo quasi coro  
 na circumdari. Vel certe ob auri ipsius naturam, quo cor uegetari ac con  
 fortari aiunt medici. Omnium minimus ac ultimus a quibusdam Auricu  
 laris, uel Auricularius. quod eo ueluti auriscalpio emungendis auribus  
 uti solemus. Et de digitis hæctenus. Porro clausam manum ac compres  
 sam, digitis conuolutis, pugnū uocamus. cuius summum iuxta pollicem  
 est, infimū e regione. Quā manus partem, quia percutiendo corpori ali  
 cui admouemus, percussione manus dici a Chyromanticis iam prope re  
 ceptum est. Tum manus ubi ea iungitur brachio, iuncturam manus, uel  
 quia ibi restringatur, ac in arctius exit, restrictam manum dicimus. Hæ  
 bent deinde singula tubera singuli digiti, quæ a radicibus digitorū insur  
 gunt, ac a nonnullis Montes uocantur, inditis planetarū nominibus. Qui  
 bus additur prominens illa caro, quæ ad pugni infimū, id est ad manus

Manus  
 passa.  
 Palma.  
 Vola  
 Pollex.  
 Index  
 Medius

annularis

Auricula  
 ris.

Pugnus

Restricta

Montes.

I N T R O D U C T I O I N

Planeta  
rū situs

percussione est. Quo sit ut planetis in manu hominis locus sit omnibus. Vnde & uaticinia colliguntur. Nam pollicis tuber Veneris est, & hac nota signatur ♀. Tam & si secus placuit alijs: uerum nos a priscorum tramite minime discedemus quos antea polliciti sumus nos imitatuos. τὴν ἰσχυρὴν suo loco dicemus. Indicis, Iouis. Et signum habet ♃. Medij, Saturni, hac nota ♄. Annularis, Solis, quod hic character indicat ☉. Auricularis, Mercurij, sub hac nota ☿. Quod uero in manus percussione tuber est, Luna occupat: idque sic scribimus ☾. Iam Mars quem locum habeat, paulopost dicemus. Sed prius sectiones manus, quas antiqui incisuras, nostrates lineas appellant, describemus. Sunt autem precipue & principales hee. Restricta, que ibi est ubi restrictam uocari manu diximus, ac a brachio manum diuidit. nam in ipsa pene iuncta est linea uite, uel cordis, que sub tubere Indicis, aut iuxta, quasi inter pollicem ac indicem orta, manum secat, ad restrictam tendens. In eadem manus regione, id est ad indicis tuber, oritur linea que per transversam manum ad Lunę tuber protenditur: uocaturque linea media naturalis. Atque hee due sic ortę, atque in diuersum euntes, trianguli formam incipiunt. Quam deinde, si fuerit (nam in quibusdam non apparet) linea tabellaris, uel epatis, aut linea stomachi (nam ijs nominibus eadem sectio denotatur) perficit: ut sit quasi basis trianguli. Oriturque iuxta Restrictam sub tubere pollicis, & preter mediam naturalem profluit ad Lunę montem. His lineis conclusum spacium Marti damus: uocamusque triangulum Martis, hoc adscripto signo ♂. Est & linea Mensalis, que sub auriculari, ea parte qua Lunę tuber exit, orta, Indicem petit. hoc sortita uocabulum, quod inter eam & mediam naturalem, relictum spacium, mensę figuram arguat. Nam omnino uocatur spacium illud Mensa manus: uel quod faciat quadram, quadrangulus, appellaturque preterea fortunę linea. Atque hee fere potiores sunt manus sectiones, ad quas relique minutiores, tanquam ad principes lineas colliguntur. Sed iam omnes, ut fieri potest describemus, ac quantum ex ipsa arte est, de earum significatione exponemus. At primo de eis dicendum arbitror lineis, que a tribus nobilissimis humani corporis membris, denominatione accipiunt, Cordis, Cerebri, & Epatis. Vt autem in ijs corporum partibus, quicquid precipuum hominis est uertitur, ita ab ipsis tribus incisuris seu lineis, de hominis salute, ac pernicie, & quicquid preter necessarium illi accidere potest, uaticinari licet. Quod si cui leuiusculum uideatur, meminerit & antiquos Pythagoricos, presertim a lineamentis corporum humanorum mores hominum coniecisse, ac plerumque quod cui euenturum fuerit, predixisse. Nam de Socrate quid fertur: quem cum quidam ex physiognomia descripsisset, ac hominum omnium qui uiuunt impurissimum, ac plane perditum libidine dixisset, ob idque a discipulis eius, tanquam flagitiose mentitus

Linea uite.

Linea media naturalis

Triangulus Martis.  
Linea mensalis

Socratis natura


reprehenderetur. Respondit Socrates, hæc quidam ita sibi naturaliter inesse, uerum se naturæ uitia, rationis norma correxisse. innuens, ea quoque, quæ a natura nobis insunt, consuetudine emendari, & contra ipsum quodammodo fatum oblucri hominem posse. Et Peripateticorum princeps Aristoteles, ait manum hominis a natura factam, tanquam instrumentum in humano corpore, & organorum organum. Cum igitur illius officium, sit omnibus humani corporis partibus inseruire, & omnium membrorum uirtus in humana generatione concurrat: ualde consentaneum est, humanæ qualitatis (quam uocant Complexionem) signa quædam ac indicia in hominis manu conspici. Ea est omnium inter se membrorum proportio, sic in singulis omnia conueniunt. Quid quod Plinij ætate fuisse iamdum in usu Chyromantiam, ipse Plinius asserit: Officij tamen mei arbitror, interim admonere, quatenus arti concedendum sit, & quid aliunde præterea adsciscendum. ne quis putet iuxta tam angustos terminos, tam magnæ rei cognitionem includi. Vbi quid ego consueuerim, non absurdum arbitror ostendere. Quoties enim percontantibus respondendum est, ipsam quidem primum manum (ut assolet) intueor: sed interim uniuersum iuxta corpus, ac omnia eius lineamenta accurate perspicio: physiognomiam (quæ uocatur, & de qua in sequenti libello agam) cum Chyromantia coniungens. De inde natiuitatis horam, uel mensem, diem, ac annum. Quo scito, ad Astrologiam naturalem, cuius infra scriptis a me libellis rationes pertractabunt, animam adijcio. Sic plane putans, nihil horum, si seorsum usurpet, satis esse ad respondendum inquirentibus, potiusque me temerarium, si cito respondeam, quam illos stultos si facile credant, iudico. Itaque sic ista contenta ac complicata habeo, ut quod quod arripuero, reliqua simul pertraham, & omnibus pariter utar.

Existimans demeritis omnino hominis, in spectra semel manu, de uita ac fortunis omnibus sententiam ferre.

Sed iam ad Chyromantig leges redeo.

Cantela


INTRODVCTIO IN





INTRODVCTIO IN

Nomina digitorum secundum planetas.



Caput Secundum, de Linea uite.

**L**INEA VITAE, quæ & Cordis linea appellatur, incipit, ut dictum est, a monte Indicis per palmæ medium, tenditq; eo, ubi restrictam manum appellari uoluimus. Quæ si longa fuerit, recta, ac uiuo quodam colore perlucida, uitam longam, & paucis ægritudinibus obnoxia prælagit. Ipso hoc Plinio adserente qui ait. Contra longæ esse uitæ incuruos humeros, & in manu una duas incisuras longas habentes, quod de linea uitæ, & media naturali licet intelligere. Quod si uirtus naturalis fuerit imbecillis, tunc & discolor, uariiegata, tenuis, & sæpe obseruis rimulis scissa, & breuis apparet linea, uitæ breuitatem, ac aduersam ualitudinem arguit, & uirium parum, ipsumq; hominem denotans raro aliquid ad optatum finem perducere. Quemadmodum illa crassior, ac longa, & indistincta, omnia contraria pollicetur. Cuius rei si quis a nobis rationem exigat, dicemus hoc sanguinem ipsum, qui cor uegetat, & quem aliqui animi sedem esse putauerunt, præstare. Certum hoc enim est, ut ille purus, uel impurus fuerit, ita lineam hanc colorem sortitam, obscurum, aut clarum, adeo ut rubicunda ac splendida sit ea, quoties in homine sanguis abundat: & e contra pallens ac liuida, ubi ille defecerit. Vnde & imminutus calor naturalis ostenditur, & firmatum corpus, & contra robustum ac uigens. Tunc si hæc linea fuerit stricta, subtilis, & bene colorata, ac mediam naturalem uersus processerit: significat hominē boni consilij, subtilis intellectus, magni ac plane regalis animi. Et si fuerit lata, & male colorata, uel pallida, contrarium denotat. Hoc autem semper notandum est, in omnibus lineis principalibus. Quod si sint recte, ac indistincte, & bene coloratae, semper bonitatem complexionis ostendunt. Si uero contra dispositæ fuerint, contrarium semper arguunt. Itē si linea uitæ sit grossa & profunda, & diuersi coloris, id est per puncta rubra pallens, ac liuida: malitiā, calliditatem, inuidiam, ipsum aiō qui hominē garrulū, iactabundū, ac sibi ipsi placentē. Si eadē linea sit grossa, & ualde rubicunda, fallacē hominē, impurū, inconstantē denotat. Si uero liuida cū quadā rubedine pmixta fuerit, iracundū, & quasi ex ira furiosum uirū demonstrat. Si uero ualde rubea, cū quadā plumbea liuiditate pmixta, inconstantē, inuerecundū, uagū, proditorē, discordias ac lites ferentē, iracundū, & qui sæpe ad malū incitet. Iam si hæc linea fuerit rubea ea parte qua ad Restrictā protenditur, crudelitatem denotat. Sæpe & bifurcata ea in angulo supremo, instabilem, uagabundum, & in omnibus agendis uirum mirabilē ostendit. Quæ si fuerit flexuosa ac contorta mediā naturalem uersus, sed rubra deceptorem, subdolum, petulantē & peruersi animi innuit. Aliqñ & crucis signū a linea uite tendēs ad angulū supmū, cū tribus p̄uis lineis, in muliebri manu si cōpuerit, salacem,

Longa

Breuis





Grossa

Rubea  
Pallida

Stricta

Lata

Grossa

pudoris prodigam, ac extreme improbā signat. Si quādo in linea uitę in  
 ueniatur quędam crux parua circa angulum dextrum, & hęc crux sit in-  
 cisa, in manu mulieris, nephariam, scelerosam, ac ultimo aliquando suppli-  
 cio propter scelus afficiendam. Nam talis crux in prædicta linea uitę sem-  
 per malum significat, tam in uiro, q̄ muliere. Si duę lineę fuerint iuxta li-  
 neam uitę repertę, in fine tuberis pollicaris, quasi ad latus iacentes, eum  
 hominem breui moriturum hoc signo conijcio. Si linea uitę habens rā-  
 mos extensos uersus mediam naturalem in modum hic in margine signa-  
 tum    
 diuitias & honores, ac perfectionis signum esse dicitur. Si uero  
 iam dictos ramusculos extendit inferius, uersus restrictam, hoc sc̄ modo  
 paupertatem, & a seruis & domesticis deceptionē, ac eorum infideli-  
 tatem semper indicat. Si autē tales ramusculi uadunt directe ad mediam  
 naturalem per triangulū, significat hominē post multa discrimina, & ua-  
 rias fortunę iactationes, diuitias, & bona habiturū. Si uero multę parue  
 lineę fecent lineam uitę, multas ægritudines prædicunt. Si in linea uitę  
 sparsim sunt quędam grana, siue puncta: salacem, impudicum, fornicato-  
 rem, præterea & contentiosum ostendit. eritq̄ homo ille in discrimine  
 uitę, propter sanguinis effusionem in seditione, cuius ipse autor fuerit,  
 omnino grauius aliquando uulnerabitur. Vbi in principio lineę uitę ori-  
 untur tres parue lineę tortuose eam interfecantes, hoc modo    
 uideo futurę leprę. Nam peruersum epatis calorem ostendit. Vnde ex  
 iam dictis colligitur, quod si linea uitę, uel cordis fuerit longa, alta, bene  
 colorata, bonam habens cum linea media naturali ac epatis & stomachi  
 proportionem, & quod eędem lineę etiam fuerint quantitatis & longi-  
 tudinis debitę, & coloris boni, sperandā esse dicūt longitudinē uitę, &  
 bonitatem naturę, ingenij, & complexionis. Nonnunq̄ in linea uitę uel  
 capitis unum  uel  inueniuntur, & unius uel duorum oculorum  
 amissionem significant. Quod licet perraro inueniatur, in meipso tamē,  
 quod ita sit expertus sum. Nam in prefatę meę manus loco, huiusmodi  
 signum inest. Quod cum uideo, reminiscor quemadmodum olim in ma-  
 ximū alterius oculi discrimē deueni. Quippe ad ignē sedens hyeme, pro-  
 cidi, ac sinistro oculo in flammā conuolutus sum, cruciabarq̄ uehemēter,  
 Quāq̄ non solū hoc mihi signum illud malum prædixisse inuenio, uerū etiā  
 quod in natiuitate Martis ac Lunę oppositio apparet. Reperioq̄ ortus  
 mei tempore, Martem fuisse in signo humano, in Vndecima, ac similiter  
 Lunā in quinta domibus. Quę constellatio tale aliquid portendere ab  
 Astrologis obseruatū est. Quo uerius hoc comperi, quod prius dixi, has  
 artes quadam inter se necessitudine coniunctas, parumq̄ sine alia ali-  
 am posse. Sane inferiora hęc a superioribus illis gubernari, ac a cœlesti-  
 bus uires influere, rursus defectus inferri certum est. Vbi considerare


licet, quā sollicita fuerit circa creationē humani corporis rerū opifex natura, q̄ de nobilioribus hominis partibus, multis passim iudicijs cognoscere homini dedit. De reliquis nō perinde. Nā cordis, cerebri, ac epatis certa sūt i hoīs manu signa. q̄d in ijs maxia sit hoīs uita. Oculorū, auriā, oris, manus, ac pedū nō ita. q̄q̄ hęc ad decorē magis q̄ necessitatē facta uideant. Ob idq̄, tres has lineas oīs semp manus habet, reliquas multę nō habent. Rusticis, propter cōtinuos labores exceptis, quę ex ijs exterminantur. Proinde sapius a me repetendū est: ita has artes cōiungi inter se, ut semper fere mutuo indigeant adiuuiculo. Quod ut faciamus palā, uelut postliminio ex Astrologia repetamus, & hoc de natura signorū erraticorum, id est de planetis, quos sic gręci appellant. Sunt enim illi, qui non solū corpora hominū, uerū etiā ingenia fingunt. Nam Saturnus facit maturos, prouidos, remissos, cupidos, pauciloquos, sibimetipsis placentes. Iupiter placidos, benignos, tranquillos, sobrios, & loquēdo comptos. Contra Mars truculentos, immanēs, mendaces. Sol pios, ingenuos, faustos, atq̄ elatos. Venus incontinentes, libidinosos, decoros, & gratię splendore fulgentes. Mercurius callidos, uersutos, doctos, scientificos, agiles. Luna acutos quidē, & splendidos, uerum instabiles, & inertes ac pigros. Id in genere dictum de uarietate ingeniorū. Nunc quo perspicacius uideas, q̄ longe inter sese dissideant, atq̄ diuersos producant effectus, de uoce subinferam aliquid. Saturnus tardam dat, atq̄ obstreperam. Mars stridentem, Iupiter sonorā, resonantē, lenem. Venus eneruatā, mollem, foecundam, suauem. Idem faciunt Sol, & Mercurius. Habent & signa suas uoces. Nam quę bonos ex illis timitus edunt, sunt Virgo, Gemini, Libra, Aquarius. Quę mediocres, Aries, Thaurus, Leo, Capricornus, & ultima pars Sagittarij. ἀφρων, Cancer, Scorpius, & Pisces. Et quidē hoc de uoce tantum. Sunt quę partum & foetus foecundant, atq̄ foecunda appellantur. Ea sunt, Cancer, Scorpius, Pisces. Quędā sterilia, ut Gemini, Leo, & Capricornus. Ita quicquid humanorū actuum est, coaptari signis potest. Nempe earundem promotoribus. Quod quo minus negari potest, eo altius blasphemant, qui Astrologiam non diuinam, sed nugatoriā artem esse cauillantur, quos & suis in locis proprijs pingemus coloribus, interim redeamus ad institutum.

Ingeniorū  
discrimina


Vocum iudicia

Signa foecunda.  
Sterilia.

INTRODVCTIO IN



Si hoc modo crux circa angulum supremū inuenta fuerit, procedens  
 ex linea uite, & a parte inferiori tres lineæ paræ, a superiori duæ, ut hic,  
 in muliere libidinofam, ac impudicam arguit. Si uero in fine lineæ uite, re-  
 ceptam uersus hæ tres lineæ inuentæ fuerint, mulierem ob scelus suppli-  
 cio puniendam extremo,



Quando parue quedam superius lineę scindunt, aut certe tangunt lineam uite, in præscriptum modum, corporis infirmitatem, ac egritudines prædicunt. Si uero ab alia parte lineę media naturalis habuerit huiusce modi sectiones ab inferiori parte lineę directe quasi iacentes, ac sursum erectas: malum conijcio, ut dolorē capitis: qui exhalantibus a stomacho fumis proueniat, aut talem genuinum morbum aliquem. Tres illę in fine lineę reperte, malum denotant. ut infra patebit.

De linea media naturali. Caput tertium.

**L**INEA media Naturalis uocatur illa, que incipit a radice lineę uite, transiens per mediã palmã, montē Lunę uersus, uel percussionem manus. Si talis linea sit recta, indistincta, nec obuersis scissa liniolis, optimã ualitudinẽ, cerebrũq; sanũ, ac ingeniuũ uiuax, & memoriã tenacẽ

Linea media.


Recta.

I N T R O D U C T I O I N


*Longa* ostendit. Quę si longa q̄q̄ fuerit, & ad Lunę tuber usq̄ porrecta, animū  
*Curta* audacē, ac uitę longitudinē arguit. Quod si curta fuerit, ita ut concauū ma-  
 nus nō exeat, hoīem timidū, tenacē, auarū, imprudentē, preterea & p̄fidio-  
 sum indicat. Et si dicta linea nō extendat̄ usq̄ ad montē Lunę, seu e regi-  
 one eius spacij, q̄d est inter mediū & annularē finiat̄, deprauatis hominē  
*Hemicir-  
claris* moribus, sed uitę non diuturnę ostendit. Tum si in formam hemicirculi,  
 p̄ter Lunę montē hęc linea diuagata fuerit, ac ad ipsum illud tuber recur-  
 uata, quanto q̄dē productius exierit, tanto uitā longiorē pollicet̄, sed in se  
 necta egestatē. Iam si eadē linea qua pte desinit, sursum, ac ad digitos se eri-  
 gat, impudentē uirum, & malitiosum ostendit. Quod si multū ascendat  
 ad digitos, stultū & insipientē demonstrat. Ecōtra inferius tendēs, ac pe-  
 ne ad receptā manus se demittat, cupidū & impurū denotat hominē. Si  
*Recurua-  
ta.* autē ex altera pte recuruata sit, & tangat lineam mensalē, damnū aliq̄d,  
*Tortuosa* & aduersam fortunā ostendit. Eadem si fuerit tortuosa, nō sibi constans,  
 & inęqualis, ac diuersi coloris: signū sit prauitatis animi, & nōnunq̄ fur-  
 ti. Recta autē, & ęqualis si fuerit, colorisq̄ lucidi, & quędā lineę moueant̄  
 ab ea, signū est bonę conscientię & iusticię. Sed q̄n medię naturalis est la-  
*Lata &  
grossa* ta & grossa, cum quadā rubedine p̄mixta: ruditatē ingenij, & prudentię  
 inopiam arguit. Si quādo autē nec angusta nimis, nec ultra modū larga  
 & bene colorata: letum, hylarem, ac etiā fortem hoīem signat. Quinetiam  
*Subtilis  
& pallēs* subtilis & tenuis, & liuida, uel pallens: debilitatē cerebri, ac ascendētes a  
 stomacho in caput uapores. Et si hęc linea cōpareat grossa & alta nimis,  
 quedāq̄ paruę lineę iuxta eam sint, cum rubeo colore: iratū, furibundū  
*Nodosa* q̄ hominē ostendit. Rursum si habeat intra se quędā spacia nodosa cōti-  
 nua in hac forma, o, quot ibi fuerint nodi, tot homicidia uel iam admissa,  
 uel post admittēda. Qui nodi ubi nō omnino reuoluti ac clausi uidebun-  
 tur: grassatoris quidē indicia sunt, nō tamē homicide: & qui cedat ac uul-  
*Punctata* neret, nō plane tamē occidat. In eadem linea puncta quędā crassa ac pin-  
 guia, inconditos mores, ac hoīem insulsum, & insuauem ostendunt. Quę  
 puncta si fuerint rubea ualde, crudelem ac preferocem hominē demon-  
*Tortuo-  
sa.* strant. Si hęc linea fuerit tortuosa, & per gyrum faciens semicirculum cū  
 quadam obscuritate: a quadrupedibus periculum, uel a feris interem-  
 ptum iri indicat. Et si iuxta sæpefatam lineam fuerint duę paruę lineę cō-  
 iunctę (ut infra in figura manus uidebitur) uulnera, non ferro. Item si in ea  
*Crux si-  
gnata* dem linea crux parua e regione medię reperiatur: hominem infra annum  
 moriturum designat. Si quis hanc lineam restrictam uersus bifurcatam  
 habuerit, cum quibusdam sectionibus minusculis, is omnes cogitatus fu-  
 os ad pessima retorquet, ac neq̄ deū, neq̄ hominē timere uidetur.



Hæc antepicta manus figura, cum linea media naturali, ut est, incipiēs scilicet a radice lineę uite, ac directe per mediam manū transiens absq; inflexionibus, significat bonum corporis statum, ac cerebri incolumitatem. Et cum fecerit angulum acutum cum linea uite: tenacitatem memorię, & equalitatem ac animi rectitudinem. Si autem fuerit ut in Canone scribitur inequalis, non exiens manus concauum: uirum timidum, auarum, tenacem, & labilem omnino memoriã præfagit.



Si supra depicta linea media naturalis per gyrum facit quasi semicircu-  
lum, cum obscuritate quadam, a quadrupedibus malum, & interdū mor-  
tem minatur. Si uero in fine huius sint duę lineę parue, ab utraq; parte  
apparentes, uulnera tantū, ac ea ferro inferenda. Si crux parua, paruis se-  
ceta lineis appareat e regione digiti Saturni, breuitatem uitę, & corporis  
imbecillitatē demonstrat. Et magis si quadrangulus in manu defuerit.



Si iam picta manus figura, in linea media naturali hos habuerit nodulos: quot quidē nodi fuerint, tot homicidia admissa, ita tamen q̄ nodi illi palleant. Qui si rubicundi sint, homicidam & latronem futurū p̄nunciānt. Si autem tortuosæ incisiones inuentę fuerint in prefata linea naturali, infelicem, & infortunatum hominē auguror. Si crux illa ibi reperiat̄ur, contentiosum, litigatorē, ac discordię studiosum eum existimo.

b 3

INTRODVCTIO IN



Quando hæc linea mediã naturalis tendit ad lineam mensalem, & in fine sit tortuosa, modo præscripto, maledicum, prauum, sanguinis effusorem, & qui circa hæc sæpius periclitetur, & aliquando forte succumbat. Si autem hæc dicta linea habeat clam incisiones, superbum, loquacem, iracundumq; uirum denotat. Si crux inueniatur in angulo supremo, ita ut recta sit a tubere pollicis, denunciât probum, & in omne bonũ proclive ingenium arguit, & e contra.

## Caput quartum de linea Mensali.

**L**INEA Mensalis dicitur, eo quod mensa manus ab ea cōstituitur. Sic enim appellari diximus spacium inter mensalē, & mediā naturalem relictum. Vel etiā quadrangularis linea, ex eo, quia cum linea mediā naturali, quadrangulū pene p̄ficit. Si hæc linea mensalis, fuerit equalis, ac longa satis, alta & recta, bonā naturę qualitātē, membrorū in homine principaliū robur, modestiā, temperantiā, & constantē in bonis operibus animū significat. Et si extendatur ultra medietatē eius tuberis q̄d sub indice est, ita quod tangat montē Iouis, uehementis iracundię, aut etiā crudelitatis signū est. Hæc superius rubicunda, delatorem arguit, ac aliene felicitatis inuidentē. Et si habuerit ramos rectos, tendentes ad locum digiti Iouis, honoris promittit exaltationem, ac magnarum diuitiarum accessionē: & pauperē, paulatim ad dignitatis apicem, ac potentiam accessurum p̄sagit. Sed si hæc linea fuerit nuda sine ramis, protendens ad radicē indicis, infortunatum, ac inopem fore hominē ostendit. Si autē habuerit tres lineas, uel in fine quosdam ramusculos, nidelicet circa montem Iouis, directe protendentes ad angulū supremū, fortunatū hominē, letum, iocundum, liberalē, nobilem, modestum, equi ac honesti cultorē, qui se uestitu oblectet decenti, omnis mundicie studiosum, ac saporum odorumq̄ uarietate gaudentē. In cuius hominis genesi qui consyderaue rit horoscopum (nempe ubi inueniet Thaurū, uel Librā, quibus præest Venus: aut Sagittarium, aut Pisces, quorum Iupiter dominus: aut quis, quis ibi planeta erit) rationem huius rei facile cognoscat. Et si crux parua in eodem loco reperiā, uirum liberalem, ueritatis amatorem, benignum, affabilem, ac omni quodāmodo uirtute ornatum significat. Et si fuerit iuuenis, p̄cōcē barbam. Quod si hæc linea e regione tuberis, quod sub medio est, exeat, & sine ramis fuerit, mendacem, sibi ipsi placentem, incōstantem, fallacem, inuerecuudum, lites ac discordias seminantem uirum demonstrat. Quando autem hæc linea coniungitur cum mediā naturali, ita quod ambę faciunt angulū acutum, talis ad multa animi & corporis pericula perueniet, ita quod aliquādo uitę tedeat suę. Et si desit mediā naturalis, hæc uero coniungit cū linea uitę, ita quod Mensalis & Vitę faciāt angulum, eum hominē aliquādo capite truncatū iri puto, uel certe mortāliter uulnerandū. quicquid erit, ad optatū finem nunq̄ deueniet. Sed ubi hæc linea diuiditur, & una pars respicit lineā mediā naturalem, alia autē montē Saturni, indicium est, hominē etiam de uita sæpe periclitaturū: q̄q̄ & seruatū iri ex tot discriminibus p̄spiciā. Eadē linea recta & subtilis circa montē Iouis, id est loco exitus sui, significat familię suę gubernatorem, & super equales, fratres, ac propinquos aliquando eleuatur, ut ijs dominetur. Si autem habuerit incisiones e regione medij, adulatorē, bilinguē,

Linea mē  
sali qua i  
rangula  
risAequalis  
& longa.

Ramosa.

Nuda

Cruce si  
gnata.

Diuisa

Recta &  
subtilis.

Incisa

& quem pauci amabunt. Si quædam linea intersecans mensalem, ueniet a quadrangulo, & directe ascendat ad montem Saturni, atque ibi aliquam parua crucem faciat, mortem coactam minatur. Tam magne felicitatis indicium est hæc linea, si præter medij tuber, ultra indicis montem progrediatur: quæ admodum & si non attigerit medium, sed iuxta eius tuber exeat, extreme pene egestatis, ac pluribus passim periculis & calamitatibus obnoxium hominem prodit. Tum si hæc linea habuerit aliquas interruptiones, uel sparsim incisa fuerit, ineptum & inconstantem, ac libidine fractum hominem, & cuius studium erit uarie cum mulieribus conflictari, ita ut eas nunc amanter accipiat, nunc iracunde expellat, sæpe etiam uerbis obiurgat, ac uerberibus affligat. Et quoniam hæc linea aliquando reperitur alta, subtilis, & pallida, ad eundem quem dixi finem, pudicum & castum uirum: sed inbecillum, & morbis ac ægritudinibus obnoxium. Interim pessimi argumentum est, linea ad mediam naturalem orta, quæ ita petat medij tuber, ut prius mensam manus, ac mensalem ipsam rumpat, in fineque bifurcata sit. Præsertim in mulieribus ea disciplicet. Quæ uero a uite linea uenerit sectio, ac eodem quo dixi tetenderit: cui mulieri ea inest, aliquando partum necesse proprium autumo. Quæ tamen sectio ex obliquo ad montem Iouis deuoluta: ei mulieri plurimas hæreditates prænunciat. Et si magis quæ aliæ rubicunda ea fuerit, dolorem intestinorum, & torsiones circa umbilicum ostendit. Rursum si ueniat a linea uite sectio & fuerit duplicata, scindens mensalē, hominē significat misera morte uitā finiturū. Nam siue in uiro, siue in muliere fuerit hæc, mali exitus indicium est. Quædoque etiā eadem mensalis uersus montem Saturni, uel Iouis bifurcata cernitur, & hominē denotat multos in uita labores obiturum, & qui grauibus aliquando fatigationibus implicabitur. Hæc si rubicunda sit, quo magis rubor elucescit, eo magis iracundū portendit. Quando in eadē mensali uidentur lineæ quædam paruæ, seu rimæ potius, gradatim altera post alteram ascendente, quo hæc plures fuerint, eo magis honoratū ac potentē arguunt, ac illi quidem magnarū rerum dominia polliceor. Porro in cuius manu nulla omnino mensalis est, utriusque sexus homo, maleuolus, contentiosus, iracundus, suspectæ fidei, ac parū constantis animi, & qui in omne facile malum procliuius sit inuenitur. Item si inter mensalem & locum Mercurij, id est Auricularem, linea aliqua apparuerit, quæ a mensali ueniens digitorum uersus auricularem tendat: obseruatum est, nec bonum eum uirum, nec fortunatum esse, sed uideo auaritiā, iracundiam, ac odiosam plane tristitiam notari. Deinde sordidum quoque, & malignum, quicquid alieni aliquando sceleris socius fuerit prospicio. Et si aliquæ lineæ, inter mensalē & Auricularem apparuerint, si fuerint rubicundæ, numero sibi pares, nuptias portendas. Si obliquæ & pallidæ, tot iam præteritas demonstrant.


Carens  
mensali

Si uero sub radice Mensalis oblique cruces reperiantur, quotquot hee fuerint reperte, tot inimicos capitales denunciant. Vbi uero quedam linea interfecat mensalem, ueniens a quadrangulo uel meusa manus, ad montem Saturni, quae constituat in fine eiusdem paruam crucem, signum esse dicitur uiolente mortis. Et dicant aliqui huius artis prudentes, quod si quedam lineae paruae iuxta finem mensalis reperte fuerint, aegritudines in prima etate. si iuxta medium, in media etate. si iuxta finem, in ultima etate denunciari. Et si tales lineae descendant desuper, erit aegritudo ex cholera. si a parte inferiori ascendat, ex phlegmate. si autem e medio tendat supra, ex sanguine. Et si e medio quidem ueniant, magis tamen imum uersus, ex melancholia, iuxta eorum conspicuum, aut obscurum colorem magis ac minus. Hic considerandum ueniet, quod Cancer, & Scorpio, ac Pisces dominant phlegmati falso, Saturnus morbis phlegmaticis, uiscosis, unde morpha, lepra, cancer, uel podagra oritur. Thaurus, Virgo & Capricornus eiusdem naturae sunt, frigida & sicca, melancholice praesunt. Et ideo Venus in morbos frigidos & humidos, in gutture & genitalibus. Similiter & Luna in gutta, epilepsiam, apoplexiam. Arius, Leo, & Sagittarius in cholera, febres ex sanguine, & pustulas. Similiter & Mars in febres calidas, phrenesim, serpiginem, & uermem in capite dominia exercent. Ioui adustum sanguinem damus, quemadmodum in Mercurio mentis aegritudines, amaras cogitationes, ac conscientiae morsos. Sol calidos ac siccos inducit morbos. Quae omnia perpulcre infra patebunt, ubi agetur de naturis planetarum & signorum. Notandum etiam erit, quod rubedo linearum ex calore Martis procedit. Ideo semper in iudicij Chyromantice artis ac uaticinij, ad naturas planetarum recurrentium moneo, & ad naturas signorum, in quibus Sol natiuitatis tempore fuerit inuentus. Similiter in iudicij physiognomia hominis diligenter contemplanda erit, & in ijs prudens iudex experientiam deportabit non modicam & laudem.

Aegritudines  
dini causae  
sae ex mensali

Inf. a fol.  
xxxij.

INTRODVCTIO IN




Si inuenti fuerint tres ramusculi in linea fortunę (quę etiam prosperi-  
tatis dicitur) & coniungitur cum linea uitę, & cum hoc restrictam in scin-  
dit: bonum ac acutum ingenium ostendit. Si uero cum eisdem lineis con-  
iungatur, ut hic pingitur Mensalis, cum quadam tamen tortuositate: ma-  
lum, peruersum, iniquum, malitiosum, & calumniatorem, & qui semper  
audus sit humanum effundere sanguinem indicat. Et semper cum has  
easdem lineas denotaueris, ad Martis naturam recurrentū est.




Linea Mensalis sic disposita, ut debito loco & modo incipiat & terminetur, bonam corporis qualitatem, & in membris quę uocantur generatiua uigorem. Si autē e contra, ut sit nuda sine ramusculis, breuis & grossa, ultraq; indicis montem progrediatur, malignum denotat, & qui non facile discet.

INTRODUCTIO IN



Isti tres ramusculi in fine circa montem Indicis, respicientes directe angulum supremum, bonum tam in uiro q̄ in muliere signum esse ferunt. Si uero crux parua in eodem loco reperta fuerit, bonum & ipsum portendit. Qua de re canonem superius consule. Linea uero Mensalis si habuerit incisiones, a principibus & potentibus inimicitias, & infestationes, habiturum demonstrat. Si uero discrete fuerint in iam dicta Mensali plures paruę incisiones, uariam ac diuersam fortunam iudicabis.



Si linea Mensalis, in manibus uirorum, siue mulierum non reperitur, pessimum signum est. Nam hominem in omne malum propensum suspi- cor, malaq; morte periturum. Vbi & respiciendum ad eas lineas circa Mercurij montem, quia ibi nuptiæ iudicantur. Ibi enim colligitur iudiciũ de ijs qui Mercuriũ planetam agnoscunt.

INTRODVCTIO IN




Si mensalis linea contentę tangat lineam naturalem, ita ut cum eadē faciat angulū acutū, ut a tergo uides, malum portendit. Tanta enim huic pericula imminere putantur, ut possit eum non iniuria pœnitere, quod unq̄ natus sit. Si uero omnino desit linea naturalis, & mensalis tangat lineam cordis (nisi me omnia fallant) capite truncabitur homo ille, aut utcūq̄ male peribit. Vbi quędam linea (ut hic uides) interfecat Mensalem, faciens in superiori parte paruam crucem, mortem uiolentā indicat. Quę linea si directē ascendat, interfecans mensalem, mulieribus malum portendit. De qua re uide Canonem. Si quędam crux pura sit circa lineā mensalem, dignitates spirituales: & fortius, si duę cruces appareant (prout sæpius experti fuimus) scilicet beneficia ecclesiastica habiturū denotat.

## De Restricta. Caput quintum.


**V**T DIXIMVS, spacium omnino illud Restrictæ est, quod in manusiunctura apparet, qua brachio iungitur. Si illud spacium sit purum & uiui, & boni coloris, bonam corporis uidetur qualitatem significare. Si e contra, mala. Et notandum, ut plurimum duas apparere in huiusmodi iunctura lineas, quæ ueluti dirimunt a brachio manum. Et si duæ fuerint: tunc ea quæ manui prior est si fuerit equalis, recta, boni coloris, ac supra tendat, diuitias huic promitto. Atque etiam si ualde inops sit, rerum augmentum, & fortuitam felicitatem. Sed tunc magis, cum fuerint rami recti & non incisi. Quod si linea quædam oriatur a radice brachij, & extendatur usque ad radicem mediij digiti, optimam fortunam, & prosperos successus promittit. In hac iunctura si quatuor lineæ fuerint, transversim scindentes brachium, sintque lineæ equales, & bene coniunctæ: ecce tibi honoris dignitatem, & propinquorum hæreditates successionemque promittunt. Et si in radice brachij, prope montem pollicis, iuxta lineam uitæ (si ea tantum se demiserit) reperiantur tres lineæ aut stelle, uel etiam plures: cui hæc insunt, eum aliquando delatum iri a mulieribus preuideo, ac forte aliquam subiturum ob id infamiam. Tum si linea quædam a media Restricta, ex radice brachij, montem Lunæ uersus eat, multas hominis fortunæ aduersitates, & occultas interim inimicitias ostendit. Quæ item linea sic orta, si torta sit, ac inequalis, perpetuè iuxta seruitutis indicium est, nec eum hominem ostendit unquam aut ad honores, aut diuitias emerfurum. Si autem nonnullæ lineæ dispergantur a restricta, & ascendant ad montem pollicis, ac in infima eius parte iaceant: qui hoc signum habet, periculum est, ne aliquando a propinquis suis, & ijs quos charos habuit affligatur, uulneretur, spoliatur, aut etiam in uincula conijciatur. Interim si quædam lineæ oriantur a brachio, & scindant restrictam, ac in superiori parte coniungantur, is homo in patria proculdubio exilio morietur. Quæ tamen lineæ si non continentur iungantur, sed separatim distent: procul a patria apud externas nationes uitam finiet. Eadem lineæ si ad percussione manus tendant, longas nauigationes & itinera maritima, ac uitam omnimodo uagam, & quæ in diuersis nauigationibus & peregrinationibus teratur prelagiunt. Et ubi quædam linea directe per restrictam usque ad montem indicis tendit: hominem peregre abiturum, ac difficulter in patriam rediturum ostendit. Item si quæpiam linea ad restrictam orta in uolam manus incidat iuxta lineam uitæ, ac rubicunda fuerit, corporis imbecillitatem, atque ægritudines arguit. Si uero palleat ea coitio, non iam instare ista, aut euentura, sed preterisse, ac completa, ut iam timenda non sint. Si autem quidam triangulus moueat a restricta, tendens ad montem Lunæ, si quidem mulieris sexus manui insit, certum est, in prima statim adolescentia, atque adeo in flore ætatis corruptam eam ac improbam factam. Tum si cui

I N T R O D U C T I O I N

mulieri hoc insit, ut prope restrictā habeat paruulā crucē, honestā hanc, probā, prudentē, ac omnis pudicitie sibi consciā iudico. Ecce optimę qualitatis in corpe hominis indicia. Spaciū illud in restricta manu uersus, atq; alterum iuxta brachij iuncturā, boni utrūq; ac uiui coloris, tum quatuor hę incisiones quid nō boni portendunt? Rursum tres stellule, q̄ odibiles, periculū ex accusationibus, ac infamiā q̄q; minantes. Vide autē lineam a restricta in manus percussione progressam, malę fortunę, ac alicuius infelicitatis argumētū. Tum illa p̄ restrictam ad Iouis usq; tubere dilapsa, peregre agendā uitā. Et altera recte ascendens, diuitias ac propitiā fortunam significat. Quę uero in Iouis tubere signa uides, honores, opes, ac dignitatis accessus & ipsa ostendunt. In hunc modū quatuor lineę repertę in infra depicta manu, ipsum pene cingentes brachiū, longę ætati documentū fiunt. Tum lineę q̄dam a brachij radice euntes, q̄ acutū faciūt angulū,



iuxta quē paruula crux conspicit̄, sumā uitę tranquillitatē pollicent̄. Itē læta eius uitę tpa, & paulatim ad honores ascensū. Crux tñ illa si abfuerit, tantū in multorū hæreditates successione uideo promitti. Quod si crux, aut stellula quæpiā adsint: nihil huic homini ad uitę necessaria deerit. Si duas lineas in restricta inuenerimus esse latiores, & unam inferiorē, subtilē, diuitias usq; ad ætatis mediū prospicio, & honores: p̄ reliquā deinde ætatē, de die in diē successu oīa minora. Si uero duę lineę p̄ uę ab eisdē ori ant̄ quasi mutuo se sustentantes, & q̄dā alię lineę directę p̄ palmam usq; ad lineā naturalē ascendant: indicium erit sumę integritatis, eumq; hominē ostendunt optiæ cōscientię, & q̄ ijs moribus ad diuitias q̄q; & prosperi mę fortunæ successus p̄uenturus sit. deinde eidē optatū q̄q; finē pollicetur. Diminutius tñ hæc euenient, si ascendens illa linea tortuosa fuerit.




I N T R O D U C T I O I N

Si duę lineę per palmā manus a restricta originem fumentes, ad montem Solis, qui etiam annularis dicitur, usq; ascenderint, & si idem Mons duabus lineis ex transuerso scissus sit, magnarum rerum gestorem & regijs negotijs officijsq; exequendis p̄ficiēdū. Atq; inde honores pariter ac diuitias accipiat uideo.

Si in restricta manus uisa fuerit quędam linea grossa, deinde alia subtilior, & rursum tertia grossior & profundior, prima ætate diuitijs abundātem. Vbi ad medium uitę perueverit, infeliciore & inopem magis. Tertia uero ætate, omnibus q̄ paulo ante amiserat recuperatis, uisū tā in honorū ac diuitiarū augmēto tranquillā, ad extremū usq; finem portendūt. Si duę lineę tortuosę ad Iouis montē ascenderint, & supra primam iūcturam eiusdem, duę alię lineę ex transuerso apparuerint, uagam peregre uitam, ac magna itinera, sed unde honores ac rei familiaris incremēta eueniant significandum dico. Si autem ad Mercurij digitum usq; transierint hę lineę, qui sic scissam manū habet, homo erit multis aptus rebus, uerū nullas hic, aut permodicas colliget opes. Si uero ad digitum Saturni perueverint, nihil peius inueniri poterit. Nam auaritia, rerum immodicarū cupiditas, inuidia alienę felicitatis animū ad pessima semper rapiet.





De Triangulo. Caput sextum.

**T**RIANGVLVS in manu, sunt tres lineę, scilicet uitę, medię naturalis, & epatis & stomachi, quę ita dispositę sunt, ut trianguli speciẽ p̄beant. Porro spaciũ ijs lineis inclusum, tres in partes diuidit, q̄ sunt tres illi anguli. Quorũ primus constituitur, ut diximus, a linea uitę, & mediã naturali, & dicit̄ angulus supremus. Eum autẽ qui fit a linea uitę, & base trianguli, angulus sinister appellatur. Triangulus autẽ æqualium angulorũ, habens lineas pulcras & bono colore nitentes, ac rectas, bonam naturę ac corporis qualitã refert, & cum integra ualitudine, mentis quoq̄ securitatẽ, deinde & samę celebritatẽ, & uitę longitudinẽ ostendit. Qui si contra fuerit lineis subobscuris, & inequalibus, & q̄ non conspicue referant triangulũ, diuersum omnino iudicandũ est. Spacium huius trianguli si amplũ fuerit, & patens, animũ arguit liberalẽ & magni

Angulus  
supremus.

Sinister

Amplus

Angu-  
stus

Angulis  
supremus  
trifarius.

ficum, ac audacem. Contra angustū & breue, auaritiā, tenacitatē, & pau-  
ditatē prodit. Idē ille campus si palleat ac in liuorē declinet, significat ira-  
cundū & deceptorē. Si fuerit hæc manus pars rugis cōscissa, malā corpo-  
ris qualitātē opinor esse. Angulus supremus trifariā claudit a linea uitæ,  
& mediā naturali. Primo in ipsa pene uola, e regione eius uallis quæ est  
inter duo, inter indicis, & mediij tubera. Vnde iudicamus erumnosam ui-  
tam, calamitatibus, ac captiuitati etiā obnoxia, animum anxietate &  
sollicitudine plenū, frequentiq; cōmersum, idq; ob pecuniæ ut plurimū  
studiū. Secundo sub medio indicis tubere, sitq; angulus ipse acutus, &  
bene clausus: p̄dicat optimā inesse ei homini naturā, ingeniū acutū, bonā  
hominis qualitātē, secundos etiā ac prosperos successus, integritatē mo-  
rū, atq; hæc omnia eo profectiora, quo magis fuerit angulus clausus ar-  
cte ac conspicue. Tertio non coeuntibus lineis duabus, sed quodā inter-  
relieto spacio, quo argumento hominē accipimus ambitiosum, sibi pla-  
centem, impurū, morosum ac difficilem, obloquutorē, truculentū, præter  
ea mendacem, ac sine laude omnino uiuentē. Qui si in seruitutē, aut ca-  
ptiuitatē deuenit aliquando, nunq; inde reuocabitur in libertatē. Sed  
& liber si sit, misere peribit. Iam spaciū illud triangulo inclusum, si callo-  
sius fuerit & durum, iracundiam hominis arguit, ac interim astutiam, &  
dolos. Si rugis exasperū, inuidentiā & insidias, ac oblocutiones. Quan-  
do autē q̄dam linea apparuerit inter duas istas, ita propinque quod tan-  
gat utrāq; & descenderit ad triangulū, significat hominē ueneno, aut per-  
cussione aliqua moriturū. Quādoq; quatuor lineæ seipsas interfecantes  
ad formā crucis, & in eodē spacio superiori apparentes, inuidiā, detracti-  
onem, & insidias, ac alios opprimendi studiū ostendunt. Quippe duæ li-  
næ hæc bene cōiunctæ, & acute, totius hominis bonitatē demōstrāt. Si in  
concauo aut manus, p̄cise e regione digiti Saturni se cōiunxerint, ibi an-  
gulū facientes, multā ac uarijs modis sanguinis effusionē, uulnera capi-  
tis, uentris fluxum, diarriam, aut si in mulieribus hoc fuerit, incessanter  
menstruorū fluxus, & etiā in partu periclitationem denotat. Si q̄dam fi-  
gura ad modū stellæ in triangulo apparuerit, adulterā, & proculcati pu-  
doris mulierē, ac iracundam ostendit, q̄ etiā ad tantā mentis insaniam  
aliquā propter suā irrefrenabilem iram perueniet, ut seipsam cupiat iugu-  
lare. Quod si eodem loco stella apparuerit, quandā a se longam dimittēs  
rimā (ut paulo post in figura uidebit) cui hoc inerit mulieri, quatuor ma-  
ritos habebit. Vbi tamen a prudenti coniectore animaduertendū, an ea  
sit ætas quæ hoc ferat. hmōi enim in negotio multa ex nobis ipsis sumi-  
mus. Si in eodē spacio apparuerit crux sine aliqua incisione, bonū in uiro  
& muliere portendit. Nam quibus hoc adest signū, optime gesta uita, in  
fama bona morietur. Angulus uero dexter, si fuerit multū acutus, prouie-

dum, sagacem, & parcū uirum præfagit. Idem si fuerit obscurus, & grossus, signū est ruditatis, ignauie, & somnolentie. Angulus sinister si fuerit acutus, loquacē, & cauillosum hominē ostendit, acutum tamen, & industriū. Idē sic esse puto. Si autē angulus supremus nō fuerit acutus, & signū quoddā ad modū characteris Saturni eo loco reperiatur, male, & plene Saturnine indicium est nature. Vt in subscripto triangulo apparebit.




Cuius digiti sic fuerint compositi, ut singulis artubus singula sint intermedia, ac quasi tubera quedam & uerrucę ipsę omnino tortuosę ac inęuales appareant: pauperem eum futurum ac erumnose uicturū dico, Quod si in superiori parte, id est in tertio articulo utriusq; manus, præcipua quedam, ac euidens tortuositas insit: inuidentię, fraudis, malitię, ac mali omnino animi signū uideo: quem tamen hominē misere ac erumnis uitam acturum puto. Triangulus uero in manu inuentus, tam in uiris q̄

I N T R O D U C T I O I N

mulieribus boni non nihil pollicetur. Quo in triangulo si ad formam stel-  
 le fuerit inuentum signum: si mulier habeat, impudicam, adulteram, & li-  
 bidinosam ostendit. Quinetiam in uiro malum portendit. Si uero circa  
 angulum dextrum, euidenter expressa stella in manu uiri fuerit: perfidū,  
 turbulentum, deceptorem, obloquentem alijs, maledicum, furem, rapto-  
 rem, & qui per phas & nephas omnia agat, & ad deterius semper incli-  
 net, quiq; in malis eruditus sit: atq; hic male aliquando peribit. Ramuscu-  
 li in principio lineę uite, uel mensalis, rei familiaris incrementum, & abun-  
 dantiam presagiunt.





Si stella quam dixi, quandam a se rimã, ceu uirgulam demittens in tri-  
 angulo muliebris manus sit, prædicit mulierem plures uiros habiturum.  
 Quoties supremi anguli duę lineę inþposito spacio distant, mali hominis  
 indicium (ut prius scripsi) concipio. Quatuor lineę seipsas interfecantes  
 in modum crucis in spacio superioris anguli: inuidũ, detractorem, & pes-  
 simę famę uirum demonstrant. Tum figura quasi characteris Saturni,  
 malum finem homini pronunciat. Sed mensalis linea sic formata ut ui-  
 des, infortunatum, & alioqui gulę studiosum uirum arguit. Si figura ad  
 formam furcę in dicto triangulo, sursum, uel deorsum apparuerit, incon-  
 stantem, & libidinosum uirum ostendit.

## De Quadrangulo, Caput septimum.

**S**PACIVM illud Quadrangulus appellatur, quod est inter lineam Mensalem, & mediam naturalem. Si ergo istius quadranguli incisurę uiui ac lucidi coloris sint, equitatē ac uitę rectitudinē pollicentur. Si contra, iniquum, ac minime bonū interpretor. Hoc spacium latum & amplum est in homine liberali, ac magnanimo. In quorū manu crux est hoc loco lucide ac clare apprens, bene fortunati erunt augēdis censibus ecclesiasticis. Idq; amplius, si talis figura duplicata, aut etiam triplicata sit instar cancellorū. Conturbant hoc autē, & euertunt, si quę lineę aut incisurę figurā hanc obliquo secuerint, aut ipsa illa crux tortuosa sit: tunc em̄ contraria omnia euentura opinor. Ibiq; dem apprens stella, uirum arguit magnanimū, equum, apertum, uerum, ac optime conscientię. Et qui ali quando fortunę aduersitate ad rerū penuriā dilapsus, suapte rursus uir



tute emerget. Mulierosum tamē uideo, & aliqñ mulierū causa nonnihil sinistri de se rumoris laturū. Tota aliqñ illa quę appellatur manus mensa deest. Sed mensalis linea si cum naturali cōcurrentes triangulū incipit, tūc a multis infidias, ac sanguinē q̄q̄ profusum iri, aiunt portendi. Si uero in fine mensę, circa percussionē manus reperiat manifesta crux, multas peregrinationes, & uariā locorū mutationē concipio, sed prosperam inibi fortunā. Quoties multū inter se distant, amplissime interrelicto spacio quę hęc lineę q̄ mensam cōstituunt: calorē superfluū, & male temperatos humores inesse ei corpori putare debemus. Contra, quoties ille in manu campus arcte clausus fuerit, iudiciū erit hominis auari, & qui nimis circa pecunię studiū sollicitus sit, crudelis interim ac truculentus. Hęc fere de principalibus manus incisuris, & ijs partibus quę intra ipsam sunt manū, dixisse satis fit. In sequentibus de digitorū tuberibus, ac ipsis etiā digitis & planetarum stationibus, & si quid præterea superit dicendum uenit.

Hi characteres lineę, siue cruces in mensa manus & quadrangulo, qđ significant pauloante in canone exposirū est. Stella in medio mensę posita, uirū omnis equi ac boni studiosum, & ob id uenerabilē indicat, ac dignitate plurima præditū. In cōmuni dictum sit: quibus & natura cōtremiscunt manus (nam multis casu hoc euenit, aliquibus ex ægritudine) ut iracundos, rixosos, impuros, ac ebrios indicari.

De Montibus digitorum. Et primum de pollicari, qui Veneris apud uetustiores dicitur. Caput octauū.



**E**T QVIA satis dictum est de principalibus manuū lineis. Nunc de particularibus digitorū lineis, & eorū montibus scribendū est; eorūq̄ significatiōes subiiciendę oculis sunt, adiunctis septē pla  
d


I N T R O D U C T I O I N

Mons pol  
licis

netarū naturis: quomodo cognoscere liceat inter illos, quid cōueniat, uel  
 contra in discrimine quid noceat. Mons pollicis, tuber illud est quod uis  
 te linea ab ortu suo statim ad manū restrictam descendens præterit. Vo-  
 caturq; mons Veneris. Qui lenis & planus, nihil rugarū aut sectionum,  
 aut admodū parū habeat, coloreq; sit uiuo & rubente: bonā primū cor-  
 poris qualitātē, deinde mulierū q; amatorē ostendit, hominēq; circa  
 uestitus cuiusdā lautitiā occupatū, & qui munditijs studeat. Quod si in  
 eo breuiuscula alia linea secundū uitē illam rectē deuoluta (cuius ob id so-  
 ror uocat) procurrat: signū est hominis ueneris sese oblectantē. Quin  
 etiā perpetuas diuitias promittit eadē illa soror, si longior fuerit, nec ab-  
 rupta statim, comiteturq; uitē lineā cōtinuo. Iam si non in summo statim  
 tubere incipiat hæc, sed in mediō forte, aut nō longe ab imo: tenuitatem  
 quidē rerū in prima ætate, in sequentibus copiā significat. Nōnunq; pla-  
 no tubere, quatuor equo interuallo a montis summo ad restrictam ma-  
 nū lineę procurrunt: pollicenturq; diuitias & honores in prima statim  
 ætate. Quæ item si nō summo monte orientur, sed ab ipsa pollicis iun-  
 ctura: eodē quidē successus, uerū serius fortasse euenturos denotant, ac  
 omnino tarde, & in suprema senectute iuxta. Si extremū pollicis articu-  
 lum paulo infra unguē scindant, aut prope ipsam contigue iuncturā sint,  
 ferunt, q; si longissime sint hæc lineę, ac clarę & lucidæ, diuitias & honores  
 statim id prælagire. Alioquin tanto id minutius, quanto obscuriores fue-  
 rint. Proinde & imperium ijs successibus portendi aiunt, si alię diuersim  
 obambulant, illas interruperint quatuor lineas. Plærūq; subtilis qdam  
 incisio a supremo pollicis monte, lineam uitæ uersus it, significatq; ferro  
 interiturum hominē. Alias qdā lucide iuxta indicem ortē secant lineam  
 uitæ, multarum peregrinationum, & longarum per diuersas mundi regi-  
 ones uiarum iudices sunt. In qbusdā eodē ortē loco incisioes ad uitæ aut  
 cordis lineā, superius ubi illa oriū, pcedunt: in manibus hoīm iactatorum  
 & ambitiosorū, quiq; luxu & libidine adfluunt. In alijs signis qdam linea  
 & rubicunda eodē in loco, montē pollicis peragrās, cognatorum incestū  
 & concubitus ostendit. Quāq; nō ita fidē habendam arti huic iudico, ut  
 sola inspecta manu, hæc compertum iri credam. Sed ubi dico, cum ppin-  
 quis coiturum eum, sic accipiendum moneo, adeo ardere hoīem libidine,  
 adeoq; pditū esse, ut ne a cognatis quidē abstinere eū sperari debeat. Ne-  
 q; em̄ fieri pōt, ut hmōi plane intelligant, sed cōiectura adsequi licet. Ad  
 qd multū facit, ipsam hominis faciē intueri, totūq; eum cōtemplari: ut ui-  
 deat quō inter se oīacōueniant, & quod eius adminiculo occultā homis  
 naturā, & futurā uitē fortē prodat. Id quod semel hoc dictum loco, in fu-  
 turum ubiq; obseruari debet. Qui suauis sunt moribus, & uitē iocundę,

uiuūtq; lete, & hylariter cōuersant, ac faceti sunt, & iocos miscent, musicis gaudētes. Stellulas hñt hoc in monte. est em̄ Veneris plane regio hæc cuius hoc est studiū, & frequent̄ sic morati montē eū habent cōplurimis discissum puulis, sed claris sectio nibus. Quales si quidē intuita fuerit celsitudo tua, pater ac princeps clementissime ac oīm colendissime, inspiciat faciē eius homīs, uidebitq; ut plurimū colore candidū, alioqui compagine corpis decentissima, oculis nigris & p̄fulgidis, ac omnino uenustis, læto intuitu, ore honesto, & p̄ oīa uenereū, ob idq; lasciuientē impense, & luxui deditū, ac libidine accensum, alegg studentē, & in iocis assiduū, ducētem choreas, oblectantē se floribus, rosīs & odoribus, ac iucunda oīa appetētē, ornatusq; omnes circa uestitū p̄sertim amantē: quē auri, argenti, & gēmarū desyderiū tentat, qui frequent̄ rideat, qui cōuitia sectet: compositiōes & ludos studiose frequētet: salacē, ebrīū, uenustū, & p̄cacē, qui mulieribus cōuersari soleat, & circa uenerea affici cupidissime, qui addiscendis eis artibus q̄ huic naturę cōueniūt, docilis admodū sit, ad reliqua perdiscēda ingenio tardo, & hebeti intellectu. Qui facile credat, facile decipiat, liberalē, equū & lenē ac misericordē, naturęq; minime male p̄cipium em̄ & iustū, quiq; in amicitia integra sit, & fidus. Quē musicę studiū tenet, ardua & seria nō p̄inde sollicitū habeāt. Qui delectatus pictis tabulis, & pingat ipse, & statuarū pulcritudinē & artificio capiat, & sciat ipse q̄q; fingere. Quiq; in ijs q̄ hmōi sūt fortuna utiū secūda, in cōtrarijs nō feliciter admodū experiat. Cuius uita sit splendida, res mediocris, lucri nullus ualde ardor, neq; auaritię studiū. Amabilē, & cuius desyderiō tenent anē multi. Qui alios exhylaret, delitijs affluat, uoluptatē colat, luxui, delitijs ac leticię deditus sit. Quē nulla facile res p̄moueat, nullū adeo arduū negotiū perturbatū aut sollicitū reddat. minime cogitabundū, sed p̄senti bus cōtentū, & anxietatē omnē postergantē. In summa, qui sic uiuat, sic moriat. Neq; in ijs magis, q̄ in omnibus alijs cōsideranda hominis natura, nō ex manus inspectiōe tantū, sed a totius habitudinīs cōtemplatiōe uenit. Quare idipsum q̄d de uno hic exposuimus, de omnibus alibi esse exempli uice poterit. Pręterea in pollicis monte qui fissuras habent nimium multas, nullo ordine, nec ita pari interuallo, sed sparsim inter se diuersas, eos haud dubiē libidinosos & impuros, sed interim amarulentos, etiam iurgiosos, & qui cū mulieribus lites facile conferāt, ac morosi & difficiles habeant. Cuncq; libidine intantū estuent, ut satiari etiā facile nō possint, exquirātq; ibi genera insueti usus & monstro simillima, cōuersatiōis tñ sunt minime iucundę, & uite in suaui. Tenet eos fere nullū sapientię studiū, nec in doctrinis p̄ficiunt, sed ad alia capaciores sunt, sciteq; exercent ea q̄ manūtino ope fiunt. Et q̄ ad luxū sunt omnia ingeniose excogitant. Cuius rei ad signo rōnē, q̄d qui tales sunt, & sic aptam manū habēt,

Veneris /  
m̄ natura.



eorū fere genitura Venerē in sexta, aut octaua domo oñdit. Vides igit, ut cō-  
plexe iuicē sibi sunt, atq; genuinę scie  
Astrologia & Chyromātia & neutra si  
ne altera addisci rite potest, sed quę suo  
loco dicemus uberius.

Si qñ annuli ī morē, iuxta primā eis  
iuncturā secet pollicē rimula qdā, ita ut  
totā circūdet ac includat, uideo multos  
obstinate arbitrari, omīno eū hominē,  
& necessario suspēdio interiturū. Atq;  
īpe ī uno qdā id euenisse exptus sum.  
Sed cū multos q ad suspēdiū ducebāt,  
spectis eorū manib. carere hac nota ui-

derim, picerto reliquā. Qui tribus quibusdā, aut quatuor ī latū sectiōib; cō-  
scissū sub priā iunctura pollicē hñt, eos dico iuuenes statū diuitijs et hono-  
ribus amplificatos iri. Si uero supra eā, ī puectiori etate accessura hęc: tā-  
dēq; ī senecta, si ppe secundā iuncturā sint hęc sectiōes. Si qua mulier aut  
sic isignitū supius pollicē (ut est qui secūdo hic loco pingit) habeat: eā ut  
fraudulētā & minime bonā fugiendā moneo. Ecce at libidinosa tibi, & p-  
dite moratā, adulterā, & pstituetē se ultro, ac mire intpantē, nec ī coitu sa-  
tiabilē, q hoc signo qd hic adscriptū uides, mediū Veneris montē impssū  
habuerit ☉ ferūt. Cuius nuptę, primā ī pollice iuncturā tres sectiōes parū  
ī pari inuallo secāt, ei a pprio marito uulneratiōis, aut necis etiā iminere  
piculū. Eāq; cui subtus secūdā ibidē iuncturā puule qdā & multę cruces  
sint: isignitū piā, & religiōibus deditā denotari. Rursūq; duas tm hmōi no-  
tas quæ habeat: ut litigiosam & infidam, loquacemq;. Inuenire est & pe-  
tulantē esse, & pccā, quę eodē in loco ramusculos habet complures.

**P** De Monte Indicis & digito eo, ac Iouialibus. Caput nonum.  
PLANETARVM oīm beneficentissimus est Iupiter, isq; locū ha-  
bet ī manu ipsū qd sub Indice digito tuber est. Quare si planū id  
& leuigatū cōspexeris, honestatē uite, ac bonitatē nature significari tibi  
arbitrari. Idq; magis etiā, si a digito ipso puule qdā & subobscurę eedē  
rimulę incedant: maxieq; si hęc nō ita magno int se spacio distiterint. tūc  
em honores & dignitates a p̄cipibus portendūt. Ausiq; sunt qdā certis-  
us definire hoc, dicētes, tot illū gradus honorū, aut ecclesiasticarū dignita-  
tū p̄cursorū, q̄t hmōi hoc ī loco sectiōes habuerit. Quorū ī manu est recta  
qdā & clara sectio, in ipsa manu ad indicis radicē orta, & a mediā ppe nālī  
ad tuberis eius angulū trāuersū mouēs se, hos animi magnitudie, & rerū  
maxiarū cura suspiciēdos habe, famāq; petētes, & gloria isigniri conātes  
& audacia dimicādos. Verū hoc postremū itidē denotat a mēfali ad indi-  
cis mōtē pficifēs puula qdā linea. Atq; has iā dictas sectiōes, si trāuerse



quædam rimulę interscindant, capitis uulnera portendi ferunt. Sæpe in  
 dicē a medio dirimit sectio q̄dam crassius elucescens, ac rubicunda, & in  
 testinorum uitia arguit, eorumq; imbecillitatē in uiris. nam mulieres hęc  
 habentes, in partu periclitaturas p̄sagium est, tuncq; magis, quando ea  
 ualde rubescit. Aiunt uiolenta morte interiturum, cuius in manu a men-  
 salis sine orta sectio, ipsum Iouis tuber recta petat. Cruces item in Iouis  
 monte apparentes, honorum accessiões, & dignitatum incrementa p̄sa-  
 giunt tot gradibus, q̄t ea fuerint signa: cōpertūq; sæpe est, sacerdotia ad  
 secutos hmōi, & ecclesiasticas dignitates abunde. Sic insigniti, Iouiales in  
 primis uocantē, & in talibus fortunę successibus felicissime ut plurimum  
 agunt. Quos alioquī uidere licet corpus habere modicę cōpactum, sed  
 forma admodū grata, nec inuenustū, coloris candidi, capillo spisso, ocu-  
 lisq; decentē cōpositis, mundos, & lætitię deditos. Ipsorum uero natura  
 hęc est, animi magnitudo, & elatio, magnorū appetens, liberalitas aliqñ  
 supra cę facultates sinant, cupiunt regnare, aut imperare alijs, in summis  
 occupantē, infimorū impatientes, ac mediocritatis cōtemptores, honesti,  
 nobiles, glorię cupidi, & famę captatores, læti interim, & iucunditati ac  
 delectatiōi dediti. Sæpenumero inflati & turgidi, magnis apti negotijs,  
 ac ad regiū plane fastigiū anhelantes, fidei opinione clari, amicitiarū stu-  
 diosi, simplices, & a fraudibus abhorrentes, paci studētes, per omnia pro-  
 bi, ut plurimū sapientię etiā dediti, semp uero ciuili prudentia insigniter

Iouialium  
 natura.

I N T R O D V C T I O I N

præditi, & cōsilio pollentes, nec eloquentiæ expertes. Eorum incessus ne  
 q̄ citus est nimium, neq̄ tardus. Constantiã animi ibi quoq̄ promittunt.  
 Nulli hominũ feliciores sunt, nulli uotorũ facilius compotes. Contingit  
 q̄ ijs præcipue, ut magnorũ uirorũ patrociniõ tuti sint, & Principum tes  
 timonio cõmendentur. Amant uxores, amant prolem, ac suos pie dili  
 gunt. Videre est in successiõibus quoq̄, & posteritate fortunatos eos.  
 Præterea cibi appetentes suos facit Iupiter. & ob id plerunq̄ laborantes  
 ex stomachi cruditate, aut circa epã adfectos. Nam & ualitudinẽ ijs cra  
 pula turbat. Alioqui diuturniori uitæ apti sint. Raro uideas Iouialem  
 quam piã qui non clarã uocem habeat, & dentes superius priores  
 duos eminentes, cito paupertatem & pubertatem egredientes. Hæc in  
 summa de ijs quorum in genitura Iupiter absq̄ alterius mali cõmixtiõne  
 dominus est.



Ceterũ si qua mu  
 lier in extremo  
 Indicis articulo cir  
 ca manũ, complu  
 res quasdã lineas  
 transuersim & in  
 latũ euntes habe  
 at: & ex demortu  
 is propinquis, aut  
 adfinibus hæredi  
 tates amplas aiũt  
 accessuras. Quod  
 si in medio articu  
 lo easdem præse  
 rat, ut inuidam &  
 mendacẽ, ac frau  
 dulentã arguunt.  
 Item eisdẽ signis,  
 montẽ Iouis si cõ  
 cissum habeat: ira  
 cundiẽ, amarulen  
 tis morositatis, &  
 iurgij suspitiõẽ in  
 famant eam. Hoc  
 ipsi mihi comper  
 tum est, prolis nu  
 merositatem parĩ

endi, si qua in medio articulo habeat tres dilucidas sectiones secundum digiti longitudinem descendentes, quarum media breuis, & una parte obtusior sit, perque eas transuersim & in latum sectionem aliam clariorem, duasque obscuras, quae mediam illam breuiusculam non attingant. Habent improbe & impudice mulieres stellulas cum hemicyclo in Iouis monte.



Tres uarię se curuantes lineę, pene equo interuallo in latum extrema parte infra ultimã iuncturã, indicẽ per latũ secãtes, mulieris item impuritatẽ arguunt. Cõtra, si cuius mediũ articulũ scindant in longũ sectiones quarũ in medio stella aliqñ sit: castitatis & pudoris argumẽto cẽsenda uenit. Promittimus amplã hæreditatẽ, & diuitias abunde successuras, planeque locupletandas fore, siue ex hæreditatũ accessione contingat hoc, siue ex sacerdotiorũ, & censuũ ecclesiasticorũ puentu sit, eũ qui in tubere Iouiali crucẽ, aut stellulã habeat, clarã, & uiui coloris, quãque nullę interfecerent, aut cõfundãt alię sectiões aut rugę. Vidi imbecilles quosdam, meticulosos, pusillanimes, sed inuidos interim & auaros, lineã quandã a mediũ tubere ad restrictam euntẽ habere. Alij ferunt, qui hãc lineã cõscissam ea parte manũ habeat: se quã capi, & in custodia uel carcere poni cõtingat, aut moriturũ ibi, aut supplicio affici, uel difficulter fore ut liberetur.

INTRODVCTIO IN

De Monte mediꝝ qui Saturni est, & digito eo, ac de  
Saturnijs hominibus. Caput decimum.



**D**IXIMVS in præcedentibus, mediũ manus digitũ Saturno da-  
ri hac in arte, eiusq; ob id noie cenferi: quare & tuber qd sub eo  
est, mons Saturni uocat. Quod si planũ penitus, leue, & sine rugis,  
sine sectiõibus fuerit: simplicitatẽ ostẽdit hominis, ipm laboriosum,  
sedulũ, fraudis expertẽ. Si uero a linea mensali ueniẽs rima Saturni hunc  
montẽ secet, hominẽ denotat mirifice anxiiũ, & qui q̃tidianis cõmordeat  
curis, quẽ sollicitudies inquietũ agat, qui assidue mediteat aliquid, seq; cõ-  
ficiat intra: & quãtq; hæc agat, nũq; tamẽ, aut praro locuplet. Inibi cõplu-  
res hmõi sectiões, uitã significat cũ inopia anxiã, & in magna rerũ penur-  
ria laboriosam, atq; carceres, & in ijs tormenta dicunt portendere hæc.  
Vbi a radice annularis ad Saturniũ tuber, qdã se recuruat sectio: homis  
iudiciũ cõcipio pigri, torpentis, ignaui, ac desidis: p̃terea stolidi, insipientis,  
temerarij, & stupidi, qui nihil unq; scite agat aliquid, nõnunq; impru-  
dentẽ audeat, rudi intellectu, mente stolidã. Aiunt, q̃ mulier plures habeat  
at inẽ Solis & Saturni digitos sectiões in longũ descendẽtes, q̃ inẽ Solis  
& Mercurij, cũ ibi q̃q; habeat qualdã, generationi aptã esse, & masculos  
concipe facillimũ. Quo de p̃mittere nihil ausim. Imo uero neminẽ latere  
uolo, ex Chyromantia nũq; potuisse de prole inuestigantẽ certũ aliquid  
cõperire me. Adeo semp fesellit ibi ars ea, unde ad alia recursũ mihi est.

Hoc scite exploratū habeo, si q̄ a principibus manus lineis, p̄ue sectiones ad Saturni montē se deriuent, malē hominē eū qualitatis, nec uitę admodū esse p̄be. Ferunt & in prima digiti huius iunctura, muliebri manu, si erux, aut stellula cōspiciat, sterilitatis hęc argumētū esse. Qui montē hūc plurimis uarie rimis inscissū habet, aliorū haud p̄inde digitorū rimosis tuberibus, eū Saturniū plane iudicato. Quo loco referre arbitror eis plane tē habitudies ut explanē, q̄bus eos q̄rū geniturę p̄est instruit. Pallent hī plurimū & inuenusta facie sunt, ac defixis in terrā oculis tardiuscule incedunt, macilenti, & interdum recuruo etiā tergo. Moribus uero sunt magna ex parte improbis. nam malitiosos facit Saturnus, subdolos, & fraudulentos. Gaudent esse soli, ac sibi uiuunt: nec fere alijs operam dant, aut amicis uacant. Circa cibum non admodum sibi indulgent. Potatores uero sunt strēnui, quācūq; sępe edunt, & nonnunq̄ uoraces sint etiam. Agitantur miseris cōtinuo curarum in quietudibus, neq; unq̄ a solitudine liberi sunt, & anxie affliguntur amarissimis intra cogitationibus, semper tristia, semper meticulosa agitantur animo. Vita est eis apud paludes stagna. Sordide uiuunt per omnia, loquuntur & tarde & pauca. Nonnunq̄ propter adfiduam cōtēplationē auscultare alios nō p̄nt. Frigent natura, ibecilli sunt corpore, ualetudinarij, hyrcumolentes, & alopietij. Vox est ob-


Saturnio /  
rū natura.



tantur miseris cōtinuo curarum in quietudibus, neq; unq̄ a solitudine liberi sunt, & anxie affliguntur amarissimis intra cogitationibus, semper tristia, semper meticulosa agitantur animo. Vita est eis apud paludes stagna. Sordide uiuunt per omnia, loquuntur & tarde & pauca. Nonnunq̄ propter adfiduam cōtēplationē auscultare alios nō p̄nt. Frigent natura, ibecilli sunt corpore, ualetudinarij, hyrcumolentes, & alopietij. Vox est ob-

scura, & raucū quiddā submurmurāt, ac impedita sūt lingua. Inuidēt alijs facile. Suntq; ut nulli p̄terea affectionū oīm tenacissimi. Itaq; & q̄s odio perseq; decreuerūt, odere infensissime, & irremissibilit̄: neq; infirmius q̄s uolunt amant. Cogitationes sunt, uelle ædificare, uelle arbores plantare, agros colere, & quiddā diurne mansurū incipe. Nō admodū amāt mulieres, itaq; & p̄li raro dant operā, plerūq; steriles moriendo. Sensibus obtusis, & intellectu hebeti. Qui cū tales sint, libertatis sunt tñ mirabilē tenaces, eāq; cōtumacissime tuent̄: nec ferunt dominos, & seruire in extremis iudicāt malis, regnor; ut nulli hoīm impatiētissimi. Gaudēt nigro, itaq; sic uestiunt, & oīa colore eo infecta circū se uolunt. Suspiciant̄ facile, facileq; metuunt. Atq; hī somniorū etiā curā hñt: ut humilia alias oīa cogitant. Sed de Saturnijs haftenus. P̄terea signū in prima mediij iunctura impressum si quē mulieris fuerit, bonū: sin uiri, contrariū portendit. Mulier q̄q; in cuius ea iunctura fuerint quinq; uel sex lineę seorsū in digiti longū demissę, significāt filiū pariturā qui aliqñ sacerdos futurus sit. In terfecturū dicunt, qui stellā habet in eadē Saturnij iunctura.

**E** De monte & Digito annulari, & significatiōe solarīū. Caput. ii. **S** T aut̄ annularis mons, qui in d̄igitū & mensalē lineā quadā in capedine p̄minet, ab uulgo doctis, solaris appellatus. Ab illius igit̄ radice ad mensalē usq; si protendant̄ lineę minusculę, idē p̄inde faciūt qd̄ apud Astrologos Mercurius: hoīem acri, feliciq; ingenio, uarijs deditū disciplinis: p̄terea arrogantē, & cū quā sup̄cilio eloquentē, ad hoc capacē dignitatū tā p̄phanarū, q̄ spiritualiū. Fit interdū, q̄ geminatim in modū parallelorū distent eque: id uide ne quid inponat tibi. Nihil fere distat a prioribus, nisi qd̄ magniloquentiā adimit, p̄bet uero sobrietatē & honestatē. Secus si aliunde in illas ducant̄ alię, uel altrinsecus secuerint se: ubi p̄fus ab appposito diuinat̄. Nisi fortasse uel nō p̄tigerint, uel nō inciderūt has: id apprime faustū ominosūq; habet, qd̄ inimicos oēs uincet, prosterneatq; sub se. Iā si neq; cōtigerint digitū, neq; equalit̄ locent̄ a mensali, uerū p̄penderint ad eū qui iuxta est digitū, iuxta alterationē linearū, etiam status & uitę mutationē notat. Itē si plusculę rubicundę tenues p̄ eundē montē ducant̄, iucundū, hylarē, prudentē. Quę tñ si tortuosę fuerint, ac p̄inde rubicundę, dolores indicāt quibus iā actu affligit̄ quis. Pallidę idē tidē cruciatus, uerū p̄teritos iā. Intersecantes se in modū crucis, qd̄ uocant̄ Andree, p̄tractę uero a mensali p̄ montē Solis ad primā iuncturā, p̄uidū, res suas prudent̄ moderantē. Pulcre uero digitos huiuscemōi solares uenamur, estq; id certissimū indiciū, si uariogatus lineis fuerit ornatus. Est & aliud signū, uidelicet lineę duę tortuosę paralleleę protensę a restricta qd̄ ubi i manu p̄spexeris, felicissima p̄nunciat, p̄cipue in dignitatibus acquirēdis, & quicquid ad optias uirtutes spectat, scientiā, prudentiā, liberalitatē. Eius typum quendā sub iecimus in hunc modum.



Item si inuicem concurrerint minutę lineę supra iuncturam primam, sitq; foemina quę has habeat, idem indicat prorsus. hoc adiecto, quod ea ab maritis locupletabitur, habebiturq; in honore. Pręter hæc etiam deuotam, nisi quod monasticam uitam non feret. Ita si in secunda iunctura fuerint, semper in honore futuram, uerum inter eos qui de eodem sunt stemmate. Vbiq; enim tam in maribus q̄ in foeminis diuitias notant, pessimum uero, si ad solarem usq; processerint.

I N T R O D U C T I O I N  
De Monte & digito Mercuriali, & de natura Mercurij.  
Caput. 12.



**M**ONS Auricularis, uel rectius Mercurij, inter digitū minimum est, & lineā Mensalē. Hūc permagni refert planus sit, & neruis minime perplexus: an obductus lineis, uel coloratior. Repurgatus enim a uerrucis, a squaloribus, a neruis, decenter coloratus, constanti animo uirū indicat, in Virgine uero integritatem. Vbi linea a mensa ex oriens, gracilis, picturataq; descenderit, ad radicē montis diametro procedens, liberalitatem. Egedem per plures similiter inter mensam & auricularem sumētes exordia, tot nuptias prę se ferunt quot illuc trahuntur lineę, Tam & si longitudinē & contractionem, exilitatē, & colorē animaduerti hic uelint Chyromantici. Pallide prædictas nuptias significant, uerū peractas iam. Oblongę atq; optimo tinctę colore, contrahendas in futurum. Euenit uero haud raro, ut ex eisdem crassiores sint aliquę, ad hoc etiam rubicundę: iudicabis inde mendaciloquum, subuersorem, furem, raptorem, deniq; omni flagitiorū genere contaminatū. Atq; hucusq; de parallelis & rectis lineis. Iam si recurua uel circularis aliqua demissa sit ex eodem digito, decliuis ad medium, præclaram indolem denotat, de q; multa sit spes, ut ad omnem tandem fortunam futurus sit, idoneus. De mulieribus hoc habe. Si cui paruulas atq; easdem retortas habere conti-

gerit e superiori parte auricularis, ut plurimū cōditionē indicat q̄ ferme totę sceminarū cohorti familiaris est, nempe insolentiā, garrulitatē, inconstantiā. Physiognomiā omniū Mercurialiu hęc ferme est. Color medius inter albū & nigrū, frons eleuata, rotunda facies, oculi perpulcri, in felū morē, nō omnino nigri, barbitiū nigrū, sed rarū, corpusculū gracile, statura decens, labia tenuia, nasus præacutus, uox gracilis, & eadem promptā, motus uelox. Et si ex monte etiā id prædicere uelis, monticulus plurimis lineis rectis est uariegatus, secundū cōuersationē etiā docilis ingenij, audax, scortator, fidelis, procliuis ad mendacia, sui ingenij, sectarum amator, osor superstitionis, templis & oraculis non multū tribuens, ad nullam artem fere non idoneus, præcipue uero ad Mathesim, & Geometriam. In summa, omnium horarum homo, doctor, poeta, mathematicus, prædi-

Mercuria  
liū natura



tus sciētia lingua-  
rum, scrutator ar-  
chanorum, phylo-  
sophus, cordatus,  
modestus, alioqui  
uerbosus etiā, sed  
neminem lædens.  
ex mœchanicis ar-  
tibus eis studens  
quę politiores sūt  
& mundiores, ut  
puta picturis, &  
hmōi. In egritudi-  
nibus paulo plus  
tamen infortunat-  
us, & infestatiōe  
phantasmatum q̄  
ceteri hoies. De p-  
spectiōe uero iun-  
cturarū, id etiam  
summope auscul-  
tandum est. Sunt  
certa q̄dā cauteria  
cuius primi quidē  
figura est hęc in  
prima iunctura

in prima iunctura. Tu uero hominē iudica studiosum, in primis Rhetoricę, arrogantē & superciliosum, ingenij procacis. Alterū in secunda iunctura tale, quod tam & si figura abludat a primo, ipsa tamē re ut primū, concionatorē p̄signē ostendit. Rursum si obuersum sit, uarijs obnoxiiū passionibus, horribilibus somnijs, & quicquid malorū phantasmātū est. Sic in tertia iunctura si crucē uideris, signū certū paupertatis, inedię, tenuitatis. Idē admodū satis de Mercurio. Hęc in figura latius. Quę si etiā tam locuples nō sit ut omnia signa cōplectat, certe tamē potiora curauimus ad scribere. Quis enim tam multipharias lineas, tam uanorū ingeniorū indicia, in tā exili spaciolo cōprehenderit? In canonibus tamē nihil omisimus quod ad rem nobis facere uidebatur.

De Base triangulari, & ijs quibus p̄dominat Luna. Caput. 13.



**I**N PRIMIS explicandū est, quā uocent triangularē basim Chyromantici. Ea est quę protrito uocabulo dicit̄ linea epatis & stomachi, portenditur a cauda lineę uite, contingens uero lineā mediā naturalem, quę simul iunctę, efficiunt triangulū. modo nihil obstiterit natiuitati aduersum. Quāq̄ sciam hanc a quibusdā minime cōminisci, quod sui nō semper similis est, sed nō uideo cur ideo omitti debeat. cū palam cōpertū sit, nihil minus posse hanc quā omnes alias, maxime si ex equo angulū perferat cū mediā naturali & lineā uite. Nam indicat sanitatē, incolumitatē, florentē nō solū corpe, sed etiā animo. Quod si contigerint se, uel obscurata sit, aut circū se habeat puncturam, nihilo secius de sto

macho & epate prenoſticator, nempe indigeſtionē, morpheā, torturā, ſpaſmum, phlegma, cōſtrictionē alui, dolorē ſtomachi & coſtarum: ꝑcipue ſi pallida extiterit. Porro bene obducta cute & rubea, rubor tamē ille ſit ad lineam uitę propenſior q̄ ad lineā naturalē, dolorē capitis. Et ediuerſo, pneuripimoniam, tuſſim, ethicam, ſquallorē oris, ſi ad naturalē rubor ille diuerterit. Id quoq; ſcitu dignum eſt, quod ſi in loco Lunę figuram illam uideris circularē ☉, tam & ſi uideatur fortalſe ꝑridiculum tibi, tamen amiſſionem ſignificat unius oculi: & binę ſi ſint notulę ☉☉, amborū oculorū. Id nō tā certū eſt, q̄ oīm certiffimū a doctis uiris cōperimus, quin & noſtrote didicimus malo. Simile eſt & illud, ſi eodē in loco Lunę ſtel-

*Lunatico  
rū natura.*





Locus Lunę.

torturę uultus. Niſi Luna in radice natiuitatis Solem, uel Iouem habeat ſibi bene propitiū.

INTRODVCTIO IN

De loco Martis, & natura Martialistarū. Caput. 13.



**O**PERE  
 precium  
 est, an  
 teq̄ de Marte s̄  
 monē faciamus,  
 quid hunc in vo  
 la uoluerint con  
 stitui in ipso tri  
 angulo iuxta li  
 neam naturalē.  
 Verū id alibi di  
 cemus. iam lineę  
 nobis discutien  
 dę sunt. In trian  
 gulo, si sit alius  
 triāgulus cōsum  
 matus, secundū  
 oēs propieta  
 tes Martialiū p̄  
 nosticandū est,  
 & quo maior ac  
 maior est, eo am  
 plificandus & ui  
 tijs cathalogus:  
 præst̄im si latus  
 atq̄ bene collo

eatus lineis physiognomia illi accedat: quæ mihi quidem uidetur nõ esse posthabenda in hoc negotio: quãque ob id introducimus hic, ut Chyromantiæ Physiognomia suffragetur. alioqui fieri nõ potest, ut tam exacte quispiam omnia perspiciat. Est autem secundũ faciem rubei coloris qui Martis cognomine gaudet, uelut ab Sole combustus, pauci capillitij & eodem crispo, minutis oculis, corpore aliquantum incuruo, & acri seuerorq; aspectu. Secundũ animam audax, auarus, fraudulentus, peculator, raptor, infidelis, insignis nugator, inuerecundus, leuis, inconstans, iracundus, seditiosus, suspiciosus, impatiens, homicida, iactabundus, derisor, periurus, falsarius rerũ omnium quæ adulterari possunt.

Martialiũ  
natura

CONCLUSIO OPERIS CHYROMANTICI.

HIS breuibus Princeps illustrissime, finem esse uolumus Chyromantiæ nostræ, ne quid pluribus ambagibus simus molesti tibi. ubi si rem ipsam acu (quod aiunt) tetigimus, id est quod conabamur. Sin aliter, id uel maxime donandum mihi puto, quod ausus fuerim. In magnis siquidem uel uoluisse sat est. In summa, sic tractauimus omnia, quo & posteris etiam colligere spicas permitatur. Neq; ego ita absolutam uolui esse hanc artem, ut nihil superaddi possit, uel debet. Imo rem mihi faciet gratissimã, qui sic nostra emendauerit, ut adferat probatiora: tantum abest ut feramus egre. Vale delitiũ & decus nostrum. Ex ecclesia nostra Steynheim, kalẽ. Nouembris Anno salutis .1522.